



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses**

**Stapleton, Thomas**

**Antverpiae, 1595**

10. Gaudium erit in cœlo & coram Angelis Dei.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39546**

*quasi non vitantur; sed quod verior & melior modus non sit, solum Apostolorum exemplū sufficiens demonstrauit.*

## IN LVCAE CAP. 15.

10. *Gaudium erit in cælo & coram Angelis Dei.*

**S**OLO ENT hæretici Sæctos in cælo mortuos Sancti invocare, & eorum quæ hic aguntur penitus cælo nostra cognoscuntur, vt sic eoru inuocationem ignorosallerere, vt sic eoru inuocationem planè ridiculæ esse ostendat. Sed quum de Sanctis dicat infrà Christus, quod erunt æquales Angelis Dei. Luc. 20, hic autem conuersione pœnitentiū adeò Angelis notam affirmet vt de ea in cælis gaudeat, manifeste sequitur, beatis quoque in cælo regnantiibus eandem esse notam. Nulla autem ratio est, cur iustorum preces & vota non cognoscant, qui peccatorū pœnitentiā cognoscere, & de ea lætari possunt. Nec æquales Angelis Sæcti essent, nisi in eodem saltē sciætiæ genere paritas & similitudo foret.

24. *In se reuersus dixit, &c. Surgā, & ibo ad Patrem meum.*

**H**AERETICI hodie, vt solius fidei iustificantis dogma stabiliat, ne ipsa quidem pœnitentiā ad remissionē peccatorū necessariā esse volunt. Docet quippe pœnitentiā ex fide iustificante nasci, & nemine pœnitere posse nisi qui iam sit filius Dei, & per fidem specialē Deum sibi propitiū credat. Sic latè & accuratè Caluinus Institut. lib. 3. cap. 3. num. 1. Hac hæresim hæc sola parabolade filio prodigo luculenter conuincit. Hic enim in exēplo maximæ misericordiae Dei quod à Christo proponitur, ea nō confertur, nisi reuersus prius peccatori in se per odiū peccati, & spem

M m 2      ve-